



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

I. Incipit Vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

& elegans; potum bonum & bibilem meliorat; de fortis  
vero catinus, infusi & nectaris minuit suauitatem.

### INCIPIT VITA.

I.  
Psaln. 12.

**E**GITUR cum Apostolicę predicationis in omnē  
terram lonus exisset, & in fines orbis terrę ver-  
ba eorum, granorum more dispersa, per cam-  
pos mundi latissimos & patentes, in fructus  
proficerent copiosos, & ex omni natione quę sub cęlo  
est, cęli horrea messe fidelium replerentur, ALIMANIÆ  
quoq; deserta in vbertatem versa, virorum illustriū plures  
dignos agricolę Christo manipulos protulerūt. Ex quibus  
AVGVSTA quidem rutilat VDALRICO, CHVNRAO CON-  
STANTIA sufflorescit. Alio VDALRICO HIRSAVGIA venu-  
statur, gloriatur HENRICO & CHVNEGVNDA sua BABEN-  
BERCH & OTTONE. ALTACH ac HYLDENSHAIM GODE-  
HARDO illustratur. Alia quoq; GERMANIÆ loca quam  
plurima pluribus alijs tantis & tot exultant, quod vt de his  
taceatur quos vel hominis segnis ignauia, vel incuria suc-  
cessorum, seu etiam diutini temporis intercurfus, memo-  
rię humanę subtraxit, quos tamen indelebiliter continet  
vitę liber, melius ac fęlicius semp in Dei pręsentia, quā in  
nostra memoria breui ac momētanea constitutos. Si lice-  
ret, horū omnium vellemus mentionē facere nominatim,  
quos nomina & virtutes, viuacis scripturę tenacitas, adhuc  
quasi cuiusdā indicis ostensione pręsentat, numerositate  
sola vocabulorū capacissimi certe codices tēderent. Hęc  
idecirco diximus vt in gaudio recordemur, quomodo ter-  
ra nostra per infidelitatem quondam sterilis peperit pluri-  
mos vere ac veraciter Samueles: qui licet in suo quisq; loco  
diuisi, in vno tamen spiritu prout vult, singulis diuidente,  
soli domino laudabiliter, yt quondam ille Samuel serui-  
erunt,

Philip 4.

1 Cor. 12.  
1 Reg. 3.

erunt, in sanctitate & iustitia coram illo. Inter quos Deus omnipotens similem illum fecit in gloria sanctorum, de quo scripturi sumus, Beatissimum scilicet **ERMINOLDUM** **PRVINGENSEM** primum Abbatem, speculum sui temporis & exemplar, & posterorum lumen & iubar illustre. Et tu ergo **Ecclesia PRVINGENSIS** nequaquam minima es in principibus Monasterijs **ALEMANNIE**, ex te enim exijt, nō quidem carnis exortu, sed spiritus transitu ex hoc mundo ad patrem venerabilis ille Dux, qui de vitæ sæcularis **Egypto** eductus, vita pariter & virtute **Moyfaica**, Pharaone id est principe mundi relicto, ad terrā veræ promissionis, vt alter **Iosue** te præcessit, **Seon** regem **Amorreorum** & **Og** regem **Basan** & omnia regna **Chanaan**, per quæ multiformis infirmitas intelligitur vitiorum, strenuo ante cōgressu triumphans. Ad cuius illustria tandem calamus se conuertat, quem spiritus sanctus & temperare & irrigare dignetur, qui eius quem descripturus est, tanquam venerabilis templi sui consecrator pariter extitit & possessor.

Luc. 7.  
Ephes. 4.  
1. Thess. 3.

Mich. 7.

**DE ORIGINE S. ERMI**

*noldi.*

**B**EATVS igitur **Erminoldus** de gente **SVEVORVM** progenitoribus quidem exortus est, modo sæculari satis claris. Qui concessio sibi pignore tali diuinitus, Dei gratiæ non ingrati, filium suum in **HIRSAYGIENSI** cœnobio diuinis curauerunt obsequijs mancipare. **Annæ** illius vtique spiritu non carentes, vt sicut alter **Samuel** à iuuentute sua & vsq; in senectam & senium coram domino ministrare consuesceret in eodem. In quo videlicet studio pietatis

II.